



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

LXXXVI. Richard, Herr von Zerbst, befreiet die Stadt Zerbst von der  
Entrichtung des Zolles, dessen Hebungsrecht er von dem Markgrafen von  
Brandenburg zu Lehn genommen hat, am 24. Januar 1259.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

quam nobis in Comicia Sehufen et quibusdam Castris irrogant, ad nos spectantibus, constitutos, ad petendum, narrandum, exhibendum, appellandum, in animal nostras iurandum, si necesse fuerit, et ad alia omnia facienda, que si presentes essemus faceremus, vestre discretioni transmittimus honestati, ratum et gratum habentes, quicquid a predictis nomine nostro coram vobis fuerit ordinatum. In cuius rei testimonium presentem litteram Sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Magdeburg, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LVIII<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. kal. Decembris.

Nach dem Originale des R. Provinzial-Archives zu Magdeburg. — Gercken's Cod. I, 43. 44.

**LXXXVI.** Richard, Herr von Zerbst, befreit die Stadt Zerbst von der Entrichtung des Zolles, dessen Hebungrecht er von dem Markgrafen von Brandenburg zu Lehn genommen hat, am 24. Januar 1259.

Uniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis R. Dominus de Tserwist, sincere dilectionis constantiam cum seruitii pronitate. Notum esse volumus omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, tam presentibus quam futuris, quod ego Richardus ac Filii mei, Fridericus ac Richardus, Civitatem nostram Tserwist a Theloneo, quod a Domino Brandenburgensi Marchione in feudo suscepimus, libere absolvimus et expresse, tali conditione apposita, quod quicumque in theloneo jam diete Ciuitatis consensum obtinuerint, libertate simili perfruantur. Igitur ne aliqua contra hanc libertatem a nostris heredibus suscitetur calumpnia, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Huius actionis Testes sunt Dominus Petrus, Johannes filius suus, Theodoricus Lantsucht, Johannes de Winnigstede, Johannes de Sztene, Theodoricus Ronne, Arnoldus Gruban, Henricus de Mordiz, Gheroldus Prefectus, Lambertus Hune Villicus, Johannes filius Andree Bodekin, Lambertus Hune Villicus, Johannes de Gardez, Nicolaus Coln, Yseboldus. Actum Anno Domini M. CC. LIX., IX. kal. Februar.

Nach Beckmann, Anhalt. Histor. Thl. III, S. 263.

**LXXXVII.** Vertrag zwischen dem Erzbischofe und Capitel zu Magdeburg und dem Markgrafen Otto von Brandenburg, worin letzterer auf die Grafschaft Seehausen und das Schloß Hakenstedt für sich und den Markgrafen Johann von Brandenburg Verzicht leistet und dagegen das Land Zericho, so wie die Schlösser und die Stadt zu Alvensleben, vom Erzbisthume zu Lehn und außerdem 3000 Mark Silber als Entschädigung empfängt, vom 12. Mai 1259.

Super Comicia in Sehufen et duobus Castris in Aluenfleue dominus Rodolphus, Archiepiscopus Magdeburgensis, et Capitulum, et Illustris princeps, domi-